

Q. SEPTIMII FLOREN  
TIS TERTULLIANI,  
DE CORONA MIL  
LITIS LIBER.



PROXIME factum est, liberalitate præstantissi-  
morum imperatorum, expungebatur in castris  
milites laureati. Adhibetur quidam illic magis  
dei miles, cæteris constãtior fratribus, qui se duo-  
bus dominis seruire posse præsumperat, solus  
libero capite, coronamento in manu ocioso.  
Vulgata iam & ista disciplina Christianorum  
re lucebat. Denique, singuli designare, eludere  
eminus, infrendere cõminus. Murmur Tribu-  
no defertur. & persona iam ex ordine accesserat. Statim Tribunus cur, inqt,  
tam diuersus habitus? Negauit ille cū cæteris sibi licere. causas expostulatus,  
Christianus sum, respõdit. O militem in deū gloriosum. Suffragia exinde,  
& res apud acta, & reus apud præfectos, ibidē grauissimas penulas posuit  
releuari auspicatus, spiculator iam morosissimā pedibus absoluit: terræ san-  
ctæ insistere incipiēs, gladiū nec dominicæ defensioi necessariū reddidit: lau-  
rea & de manu claruit, & nunc rufatu sanguinis sui, spe calceatus, de Euāge-  
lij paratura succinctus acutiore uerbo dei, totus de Apostolo armatus, & de  
martyrij candida melius coronatus, donatiū CHRISTI in carcere expe-  
ctat. Exinde sententiæ super illo, nescio an Christianorū, nō enim aliæ Ethni-  
corum, ut de abrupto, & præcipiti, & mori cupido, qui de habitu interroga-  
tus nomini negocium fecerit, solus scilicet fortis, inter tot fratres cõmitones,  
solus Christianus. Planē superest ut etiam martyria recusare meditetur, qui  
prophetias eiusdem spiritus sancti respuerunt. Mussitant deniq; tam bonā  
& longam sibi pacē periclitari. Nec dubito quosdā scripturas emigrare, sarcī-  
nas expedire, fugæ accingi de ciuitate in ciuitatem. Nullam enim aliam Euā-  
gelij memoriam curant. Noui & pastores eorum in pace leones, in prælio  
ceruos. Sed de quæstionibus confessionū alibi docebimus. At nunc quate-  
nus & illud opponunt, Vbi autē prohibemur coronari? Hanc magis locale  
substātiā causæ præsentis aggrediar, ut & q ex solitudine ignoratiæ quæ-  
runt, instruātur, & qui in defensione delicti cõtendunt, reuincātur ipsius, uel  
maxime Christiani laureati qbus in solatiū quæstio est, quasi aut nullū aut  
incertū saltē haberi posset delictū quod patiat quæstionē. Nec nullū aut

M 4 nec incertū

Fratribus hoc est  
Christianis.

Candida martyrij,  
uestis.

Paracletus Monta-  
nicus.  
Fort. iuxta scrip-  
pturas.